Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



urim. Et nolite conformari huic seculo sed reformamini in nouitate sensus
uri ut probetis quae sit uoluntas di bona bona placens et perfecta Dico enim
per gratiam quae data est mihi omnibus qui sunt in uobis non plus sapere quam
oportet sapere sed sapere ad sobrietatem Et sicut unicuique sicut deus diuisit
mensuram fidei Sicut enim in uno corpore multa membra habemus
omnia autem membra non eundem actum habent ita multi unum corpus sumus
in xpo Singuli autem alter alterius membra. GRAB Ecce dies do
mini qui fecit nos laetemur et exultemus in ea. ℣ Diuisiones quidem sunt gratiarum sed idem spiritus
Alla. ℣ Iubilate deo omnis terra seruite domino in letitia. Secundum lucam
Nil tem. Cum factus esset ihs annorum xii ascendentibus parentibus
eius in hierusalem secundum consuetudinem diei festi consumatisque omnibus cum
redirent remansit puer ihs in hierusalem et non cognouerunt parentes eius Es
timantes autem illum esse in comitatu uenerunt iter diei et requirebant eum
inter cognatos et notos Et non inuenientes retrorsum sunt hierusalem quaerentes
eum Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem
in medio doctorum audientem illos et interrogantem Stupebant autem
omnes qui eum audiebant super prudentia et responsis eius Et uidentes
admirati sunt et dixit mater eius ad illum Fili quid fecisti nobis sic Ecce
pater tuus et ego dolentes quaerebamus te Et ait ad illos Quid est
quod me querebatis Nesciebatis quia in his quae patris mei sunt
oportet me esse Et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est
ad illos Et descendit cum eis et uenit nazareth et erat subditus
illis Et mater eius conseruabat omnia uerba haec conferens in corde
suo Et ihs proficiebat sapientia et aetate et gratia apud deum et homines Of
Iubilate deo omnis terra seruite domino in letitia in exultatione qui
dominus ipse est deus Secreta Oblatum tibi domine sacrificium uiuificet nos
semper et muniat ℣ Comu Fili quid fecisti nobis sic ego et pater tuus